

Tractatus primus

Dicitur quod aves bene faciunt unam vocem perfectam aut duas. non tamen qualescunque nec indrinter omnes. et ergo ex hoc non debet dici quod formant voces perfectas. Vel dicitur quod licet illi soni videantur voces perfecte. tamen secundum propriam rationem vocis sunt non voces. quia canes latrant. vacce mugiunt. porci grinnunt. equi hinnunt. oves balant. rane coaxant. soli vero homini relinquitur proprium vocare. et ergo philosophus in secundo de anima attribuit vocem soli homini. licet Petrus hyl. hic generalius loquat quod Aristoteles in secundo de anima

Sonus non vox est qui generatur ex collisione duorum corporum inanimatorum. ut fragor arborum. strepitus pedum

Hic dicitur diffinitio secundum membrum dicte divisionis. scilicet sonum non vocem. Et dicitur quod sonus non vox est qui generatur ex collisione duorum corporum inanimatorum. Et dicitur ut fragor arborum. strepitus pedum. Et dicitur intelligi per se diffinitio tam de corporibus inanimatis simpliciter. quam de animatis hincibus se ad modum inanimatorum.

Queritur. Utrum ista diffinitio soni sit bona. Dicitur quod sic quia datur per genus et differentiam. genus est sonus. et datur intelligi per illud relativum qui. sed totum quod sequitur. scilicet ex collisione duorum corporum inanimatorum ponitur ad differentiam vocis. Est autem collisio mutua percussio corporum ad invicem. et dicitur a con quod est simul. et lesio lesionis.

Notandum. Quod quatuor requiruntur ad sonum vocem quod ad bene esse et perfectionem. Primo quod sint corpora dura. et si lana percussa ad lanam non facit sonum. Secundo quod sint corpora plana siue lenia et non acuta. et si acus percussa supra aciem non facit sonum. Tercio quod sint corpora aerea. et si plumbum percussa super plumbum non facit magni sonum. Quarto quod illa corpora tangant se cum violentia. et si una manus percussa ad aliam leniter non facit sonum. Sed tria sunt que requiruntur ad substantiam soni non vocis. scilicet percussum percussans et medium. sicut patet in sono campanae ubi percussum est campana. percussans bacillus. scilicet medium est aer.

Aer fragor arborum strepitus pedum sunt soni corporum animatorum. et incommoventer ponuntur per exemplis. Dicitur quod quibus sunt aiate secundum substantiam sunt tamen inanimate secundum hunc modum operandi. et per pedes aliqui faciunt strepitum. non incommoventem animati. sed incommoventem corpora dura. et quod ad hoc esse animatarum accidit eis.

In fractione papiri vel panni causatur sonus non vox. et tamen non generatur ex collisione duorum corporum. Dicitur quod licet ibidem sint duo corpora formaliter. tamen bene equivalenter quantum ad suum effectum. qui est subita et violenta fractio aeris. et si partes aeris se mutuo concurrentes causant sonum illum. et quanto ruptura est velocior tanto sonus est maior.

Vocum alia significatiua alia non significatiua. Vox significatiua est que auditui nostro aliquid representat. ut homo equus. Vox non significatiua est que auditui nostro nihil representat. ut bu ba bass.